

non amittuntur per usum contrarium, *ib.* Bene tamen concessa cum onere aliorum, 531. Dummodo usus contrarius voluntarie, *ib.* Et ab eo fiat qui privilegio expresse renuntiare potest, *ib.* Regulariter loquendo, privilegium unico actu contrario non amittitur, *ib.* Nisi caret tractu successivo, vel effectu iterabilij, *ib.* Vel nisi ex conjecturis colligatur, quod quis per usum contrarium velit renuntiare privilegio, *ib.* Per unicum actum privilegio contrarium acquirit adversarius, quasi possessionem ad præscribendum, 535. Privilegiorum præscriptio an, quomodo, et quo tempore fieri possit, 531. Item, 535. Privilegiis regularium præjudicare non possunt episcopi: et per quos excessus præjudicent, 483. De privilegiis remissive, VII, 33. In privilegiis corruente principali corruunt accessoria, 100.

PROBANDUM generatim, quid sit, II, 518. Generatim illud est probandum, quod est deductum in iudicium, et ab altera parte negatum, *ib.* Si per testes probatur aliud, quam est deductum in iudicium, non valet eorum probatio, *ib.* Illud duntaxat est probandum, quod probatum prodest probanti, 519. Quod non est verisimile, an possit admitti ad probandum, *ib.* Manifesta seu notoria, ulteriori probatione non indigent, *ib.* Negativa, utrum quandoque probari possit, ac debeat, 520.

PROBATIO ut sic, quid, II, 514. Probationis judicialis definitio, quæ, *ib.* Versatur circa facta, et quidem incerta, *ib.* Probationes differunt ab allegationibus juris, 515. Probatio varie dividitur, *ib.* Alia est judicialis, et extrajudicialis, *ib.* Alia artificialis et inartificialis, *ib.* Probatio plena, evidentissima, seu apertissima, *ib.* Clara, *ib.* Præsumptiva, *ib.* Et legitima, quæ, 516. Hæc accipitur proprie et largius, *ib.* Ubi requiritur probatio legitima, non sufficit semiplena cum iuramento, *ib.* Probatio semiplena, *ib.* Et mixta, quæ, *ib.* Appellatione probationis simpliciter dictæ, solum venit plena probatio; et cur, *ib.* Probationis species, quot, *ib.* Probatio fit per evidentiam rei, *ib.* Per confessionem propriam, *ib.* Per aspectum, seu inspectionem ocularem, 517. Et quæ ad hanc requirantur, *ib.* Aliisque modis, et quibus, *ib.* Non est opus, admittere duodecim species probationum, *ib.* Gradus probationum sunt quatuor, *ib.* Nempe dubietas, quæ tamen proprie non est gradus probationis, *ib.* Suspicio, 518. Opinio, *ib.* Et credulitas, *ib.* Hi probationum gradus probantur ex jure, *ib.* Credulitas in quo conveniat et differat a scientia, *ib.*

Probatio quænam prævalet in concursu plurimum, 525. Probationes quandoque fiunt ab utraque parte, *ib.* Si non sint contrariæ: tunc se invicem non enervant, *ib.* Probationes contrariæ, 526. Ex probationibus contrariis fortior prævalet, et minor habetur pro non facta, *ib.* Probatio clara vincit præsumptivam, *ib.* Et plenior absorbet, seu vincit contrariam minus pl-

nam, *ib.* Ac ubi probationes omnino sunt æquales, tunc quælibet probatio levis, etiam minus legitima, quæ superadditur uni parti, facit prævalere probationem istius partis, *ib.* Data omnimoda æqualitate probationum hinc inde stantium, tunc probationes contrariæ invicem conquassantur, 527. In æqualitate probationum favetur reo, seu possessori, *ib.* Exceptis causis favorabilibus: et quæ sint istæ, *ib.* Probatio per rei veritatem, prævalet probationi per præsumptiones, et conjecturas, *ib.* Sic probatio per duos testes, præfertur communi opinioni viciniæ, ac uni testi cum fama, *ib.* Et probatio per aspectum, præfertur attestationi juratæ in contrarium, *ib.* Probatio per evidentiam facti, seu aspectum ocularem, est omnium optima, 528. Et hæc nunquam censetur exclusæ, etiamsi statuto caveatur, non admittendam probationem in contrarium, *ib.* Idem dicendum de exceptionibus ex inspectione instrumenti, etc., 529. Ad impugnandum instrumentum non admittitur probatio præsumptiva, 528. In pari causa prævalet probatio, quæ est favorabilior, 529. Vel cui lex assistit, *ib.* Probationes in specie, semper prævalent probationibus in genere, *ib.* Ex probationibus per testes, quæ censeatur melior, *ib.* Probatio semiplena oritur ex depositione testium singularium, singularitate diversificativa, III, 23. Vide infra *Testes singulares.* Probationem semiplenam facit pro hærede liber rationum defuncti, qui fuit vir bonus, 114. Non vero plenam, nisi aliis adminiculis adjuvetur, *ib.* Adminicula hujusmodi quæ sint, 115. Vide supra *Liber rationum.* Probatio per scripturas, vel litteras antiquas lapidibus incisas, an et qualis habeatur, 117.

Probatio per testes, an sit validior probatione per instrumenta, 127. Probatio per testes, est vera et naturalis probatio; per instrumenta est extraordinaria, et articulis, 128. Vide supra *Instrumenta quibus modis, et Instrumentum publicum valet.* Probatio per præsumptiones, an sit vera probatio, 138 et 145. Probationis gradum fecit præsumptio, juxta quod indicia stringunt, 142. Probatio liquidissima est præsumptio juris, nisi contraria probatione elidatur, 145. An contra eam præsertim quæ est præsumptio juris et de jure, admittatur probatio in contrarium, 146. Vide supra *Præsumptio.* Probatio per confessionem partis, admittitur etiam contra sententiam, *ib.* Referuntur casus, in quibus non admittitur probatio, bene tamen confessio, II, 469. Confessio proprie non est probatio, sed probationis relevatio, 468. Probatio per evidentiam facti, nunquam censetur exclusæ, III, 146. Probatio privilegiata, quæ, 183. Sententia lata per probationes privilegiatas, nunquam transit in rem judicatam, etc., *ib.* Sententia lata ex probationibus privilegiatis, aut præsumptivis, non transit in rem judicatam, 287. Probatio in iudiciis debet esse concludens, VII, 108. Incumbit asserentis

Probationes juris, et probationes facti, quæ, II, 37. Quid agendum iudici, quando ex utraque parte apparent probationes æque probabiles, *ib.* Probatio singularum rerum, atque negotiorum in specie, qualis sit faciendæ? Remissive, 525. Probationes judiciales debent fieri coram notario, inter alia acta iudicii eas conscribente, 533. Et hoc procedit tam in iudicio ordinario, quam summario, etc., *ib.* Imo et in arbitro compromissario, *ib.* Exceptis causis levioribus, in quibus nulla scriptura requiritur, *ib.* Vel si per confessionem partium, aut testes, possint acta probari, *ib.* Et quid, si pars adversa nihil opposuit, nec a sententia appellavit, 534. Probationes duæ semiplenæ, an faciant unam plenam, 529. Sententia affirmativa statuitur, *ib.* Dummodo duæ illæ probationes semiplenæ tendant ad eundem finem; alias secus, 530. Solvuntur contraria, *ib.* Probatio, cui, et coram quibus faciendæ sit, 532. Ea est faciendæ iudici non adversario, *ib.* Potest tamen iudex alium deputare ad recipiendos testes, aliasque probationes, *ib.* Probationes ex testimonio depositionibus recipi non possunt, nisi citato, et præsertim, si voluerit adversario, *ib.* Idemque dicendum de probatione per instrumentum, et inspectionem ocularem, *ib.* Probationes a quo sint faciendæ, 534. Affirmanti incumbit probatio, *ib.* Et regulariter actori, *ib.* Regula illa, *Actori incumbit probatio, patitur plures fallentias, ib.* Ut si præsumptio juris stet pro actore, *ib.* Si reus excipiendo aliquid affirmet, quod ab actore negatur, tunc reo incumbit probatio, 535. Secus quando reus excipiendo aliquid negat, *ib.* Regula illa fallit etiam in iudiciis duplicibus, *ib.* Et in interdictis duplicibus, *ib.* Et quando reus ultro in se recepit onus probandi, *ib.* Probationes an possint fieri ante litem contestationem, 537. Regulariter eæ sunt faciendæ post litem contestationem, *ib.* Exceptis nonnullis casibus; et quibus, *ib.* Probationes elapso termino ad probandum concessio, an possint per iudicem admitti altera parte invita, 542. Loquendo de termino peremptorio per legem, vel statutum præfixo ad probandum nequit id fieri, *ib.* Nisi probato justo impedimento, *ib.* Loquendo autem de termino per hominem præfixo, si res adhuc sit integra, potest illud fieri, *ib.* Idque probatur, *ib.* Secus, si res non amplius sit integra, 543. Cautela pro advocatis quoad propositum, *ib.* Solvitur instantia, *ib.* Restitutio in integrum adversus omissam probationem, an et qualiter detur ecclesiis, vel minori, *ib.* Vide infra *Restitutio in integrum.* Probationum finis, et effectus, quis, 545. Probationis plenæ, et judicialis effectus præcipuus, quis, *ib.* Semiplenæ probationis, non est magnus effectus, 546. Ea tamen non caret omni effectu; et qualem habeat, *ib.*

PROCESSIONES publicas accedere tenentur regulares vocati, nisi distent per dimidium miliare etc., II, 20. Controversias de præcedentia in processibus inter regulares componit epis-

copus, 21. Processiones facere sine licentia ordinarii, an possint regulares, 22.

PROCESSUS summarius, in quo consistat, II, 172. Vide supra *Judicium.* Processus criminalis tripliciter fit, nempe per accusationem, inquisitionem, et denuntiationem, VI, 2. Solvitur instantia, *ib.* Processus criminalis regularium non requirit strictum ordinem, et apices juris alias concurrentes, 54. Est enim tantum summarius processus, *ib.* Non requirens apices juris, 55. Vi illius prælati regulares facilius privantur officiis, *ib.* In illo non communicantur nomina testium, *ib.* Potest formari juxta statuta, et consuetudines cujusvis ordinis, *ib.* Tenentur tamen regulares in illo observare essentialia juris, et quæ ad defensionem, vel probationem faciunt, *ib.* Quænam in specie substantialiter observare debeant regulares in processu criminali, 56. Quandam reo petenti manifestari debeant nomina accusatoris, et testium, 57. Si reus non petit, non est necesse, manifeste eidem nomina testium, et accusatoris, 58. Etiam juxta practicam criminalem nostram, 59. Respondetur ad declarationem Ludovici de Ameno, 59. Pro ordine nostro existit specialis practica criminalis, plane insignis, juri communifere per totum conformis, *ib.* In eam solide commentatus est Ludovicus de Ameno, cujus commentarii magnæ auctoritatis sunt, *ib.* Et utilitatis, 60. Processum criminalem, quemcumque in specie, formandi praxis, seu practica instructio. Vide *Praxis, seu practica instructio formandi processum.* Processum a iudice ecclesiastico factum circa crimen ecclesiasticum non potest petere, vel examinare iudex laicus, vel novum instituire, si traditur ei, 557.

PROCURARE votum pro se, vel pro tertio an, et quomodo, præsertim legati principum valeant simonia VI, 161.

PROCURATIO ecclesiastica quid, V, 150. Tenentur ad eam omnes ecclesiæ ac monasteria visitationi subjecta, 151. Exceptis oratoriis privatis, *ib.* Et ecclesiis pauperibus, *ib.* Atque civitatibus, ubi episcopus sedem habet, *ib.* Hospitalia, et alia loca pia pro pauperibus erecta non tenentur ad procuracionem, 152. Procuratio quænam comprehendat, *ib.* Debetur tantum moderata, *ib.* Licitum est loco procuracionis pecuniam accipere, *ib.* Intuitu procuracionis nullus potest munus, etiam gratis oblatum accipere, 153. Procuratio an et quomodo tolli possit consuetudine, *ib.* Procuraciones tempore visitationis præstari solitæ, an pertineant ad legem diocesanam, II, 16. Ad has etiam tenentur monasteria visitata, *ib.*

PROCURATOR datus ad prosequendam electionem, non potest prosequi postulationem, I, 313. Procurator in electionis negotio an possit constitui, 349. Et quæ conditiones ad id requirantur, *ib.* An sit necesse, ut in procuratore eligatur unus de capitulo, *ib.* et 350. Procurator in electionis negotio an unus duntaxat constitu-

possit, 350. Quando plures ad eligendum procuratores fuerunt constituti, unius votum tunc valet, *ib.* Procurator de collegio constitutus, an alium suo nomine et alium nomine mittentis eligere possit, *ib.* Procuratoris officium est vile, privatum, et onerosum, II, 79. An per procuratorem possit fieri professio fidei, I, 94. Procurator dicitur ex parte actoris, defensor ex parte rei, II, 86. Procurator, quid, *ib.* Procuratoris nomen est generale, *ib.* In propriis rebus nemo dicitur procurator, *ib.* Procurator quomodo differat a negotiorum gestore, tutore, curatore, *ib.* Et ab advocatione, *ib.* Procuratoris officium est privatum, et vile; et quid in camera imperiali, 87. Nemo invitatus cogitur esse procurator, bene tamen advocatus, *ib.* Ille tenetur actione mandati; non sic advocatus, *ib.* Procurator ad lites fit dominus litis post ejus contestationem, non sic advocatus, *ib.* De facto plerumque advocati partium simul constituuntur harum procuratores, *ib.* Procuratorum divisio, et distinctio, quæ, *ib.* Procuratores ad lites, seu judiciales; et procuratores ad negotia, seu extrajudiciales, qui, *ib.* Et quomodo differant, *ib.* Procurator generalis, et specialis, quis, 88. Procurator simpliciter ad lites constitutus, censetur generalis, *ib.* Procurator generalis adjuncta clausula, *cum libera*, et generalis simpliciter quis, *ib.* Et quæ potestas utriusque, *ib.* Procurator *tum libera*, an possit donare, *ib.* Procurator in rem alienam, et procurator in rem suam quis, *ib.* Iste solum improprie dicitur procurator, 89. Procurator verus, et falsus, *ib.* Procuratores simpliciter constituti, et procuratores in solidum constituti, qui, *ib.* Procurator an, et quomodo differat a syndico, 110. Procurator quis possit, vel non possit constitui, 91. Plures sunt personæ, quæ per canones, vel leges prohibentur constitui procuratores, 92. Ut religiosi sine licentia prælati, *ib.* Et infames, saltem secundum canones, *ib.* Impuberes, ac minores septemdecim annis, *ib.* Fœminæ exceptis certis casibus, *ib.* Milites, *ib.* Absentes reipublicæ causa, et inviti, etc., 93. Potentiores alienarum litium redemptores, personæ illustres, etc., *ib.* Procurator debet constitui certus; alias non valet talis constitutio, *ib.* Idque varie probatur, *ib.* Valet tamen potestas data procuratori de substituendo alio, nulla certa persona expressa, *ib.*

Procurator in quibus causis possit, vel non possit intervenire, 93. Potest is intervenire in omnibus causis, ubi hoc non reperitur prohibitum, *ib.* Specialiter in causis civilibus, tum temporalibus, tum spiritualibus, *ib.* Non tamen in causis criminalibus criminaliter motis, 94. Saltem quando venit imponenda pœna capitalis, vel alia pœna major relegatione, *ib.* Quod limitatur, *ib.* Ubi solum est imponenda relegatio, vel alia pœna minor, nunc etiam in criminalibus admittitur procurator, 95. Procurator an admittatur, quando vir accusat uxorem de crimine adulterii, *ib.* In contrahendo matrimonio, an de

facto, et qua ratione, possit intervenire procurator, *ib.* Procurator ad contrahendum matrimonium datus, non potest alium substituere, *ib.* Nec valide contrahit post mandatum revocatum, licet ignoret revocationem, *ib.* Procurator generaliter constitutus ad omnia, etiamsi mandatum exigant speciale, quid possit, 99. Si aliqua eorum sunt expressa, potest procurator exequi etiam cætera, *ib.* Dummodo non sint graviora expressis; idque exemplificatur, *ib.* Referuntur plures casus, in quibus procurator procedere nequit, absque speciali mandato, 100. Sic requiritur speciale mandatum in matrimonio contrahendo, licet non in aliis causis matrimonialibus, *ib.* Requiritur etiam speciale mandatum, ut procurator possit opponere crimen, seu defectum contra personam electi, seu provisi de beneficio, *ib.* Item ad appellandum contra electionem, postulationem, seu provisionem alicujus, *ib.* Item ad præstandum juramentum calumniæ, et de veritate dicenda, *ib.* Item in deferendo juramento ad decisionem litis, *ib.* In transigendo, ac paciscendo de rebus domini sui, *ib.* In compromisso per ipsum ineundo, *ib.* In impetratione rescripti ad lites, *ib.* Ac in petendo restitutionem in integrum, *ib.* Procurator non præjudicat domino, si extra fines mandati quid egerit, 101. Alias ratum est, quod ab eo agitur vi mandati, *ib.* Procurator acquirit sibi actiones, etc. *ib.* Fitque post litem contestatam dominus litis, et cur, *ib.* Procurator, an teneatur de levissima culpa, 102. Quas expensas repetat a domino, *ib.* Verba sententiaæ condemnatoriæ, an sint concipienda in personam procuratoris præsentis, vel domini absentis, *ib.* Procuratoris negligentia, vel dolus, utrum noceat domino, 103. An etiam confessio, aut error procuratoris noceat domino, 104. Contra procuratorem negligentem, aut dolosum, competit domino actio mandati directa, *ib.* Et si procurator non est solvendo, conceditur restitutio in integrum domino petenti, *ib.*

Procurator invitatus post litem contestatam revocari nequit, etc., 284. Per procuratorem, an et qualiter possit præstari juramentum calumniæ, 295. Procurator jurans in animam principalis, vel in animam suam, quomodo debeat verba concipere, *ib.* Ad illud requiritur mandatum speciale principalis jurandi in tali causa, 296. Dummodo principalis non longe sit absens, puta, ultra mare, *ib.* Procurator ejusmodi duplex juramentum calumniæ deponere debet; et quale, *ib.* Explicatur sententia asserentium, posse juramentum calumniæ præstari per procuratorem, habentem generale duntaxat mandatum, *ib.* Procurator novus ab altero constitutus, etiam tenetur jurare de calumnia, 297. Procuratoris confessio, utrumque præjudicet domino, 483. Confessio procuratoris an possit revocari, *ib.* Vide supra *Confessio*. Procurator potest facere positiones, quando ad hoc habet speciale mandatum: alias non, 509. Utrumque ad hoc ex parte procu-

ratoris requiratur mandatum specialissimum, *ib.* Procurator non potest esse testis in causa, in qua procurator fuit, III, 7. Procurator, contra quem fertur sententia, debet appellare, etc., 328. Alias nocet domino suo, *ib.* Procurator indebitum solvens, sibi imputet, VII, 181. Procurator, re adhuc integra, potest mutari, 81. Per institutionem alterius tacite censetur revocatus, 122. Procuratoris officium quinque potissimum modis finitur; quibus, II, 105. Procurator succumbens tenetur appellare, vel domino denunciare, *ib.* Per mortem domini, an et quando finiatur officium procuratoris, *ib.* Procurator tum judicialis, tum extrajudicialis, re integra libere a domino revocatur: secus re non integra, nisi subsit causa, *ib.* Res integra, quandiu dicatur, 106. Causæ justæ revocandi procuratorem re non integra, quæ, *ib.* Procurator potest revocari dupliciter, expresse et tacite, *ib.* Prior procurator an revocetur per constitutionem secundi, *ib.* Ac per hoc, quod dominus superveniens ipsemet causam tractet, *ib.* Renuntiatione, seu mutuo consensu domini et procuratoris, cessat hujus officium, *ib.* Invito domino nequit procurator post susceptum mandatum suo officio renuntiare, *ib.* Nisi subsit justa causa, 107. Atque judicis auctoritas accedat, *ib.* Procuratoris falsi exceptio potest semper objici, ac per hanc ejus gesta redduntur invalida, *ib.* Secus, si nemo contra ejus gesta excipiat, *ib.* Ratihabitio confirmat judicium agitatum cum falso procuratore, *ib.* Dummodo hic aliunde non fuerit inhabilis ad tale officium, *ib.* Dominus appellans a sententia per falsum procuratorem reportata, censetur eam ratihabere, 108. Dominus potest ratificare processum ac sententiam per falsum procuratorem in sui favorem obtentam, si antea pars adversa non exceperit, *ib.* Solvitur instantia contra hoc, *ib.* Gesta per procuratorem revocatum regulariter valent, si revocatio eidem nondum fuit intimata, *ib.* Idemque dicendum de mandante maleficio, v. g. percussionem clerici, in ordine ad incurrendam excommunicationem, *ib.* Fallit istud in procuratore ad contrahendum matrimonium, *ib.* Et in nonnullis aliis casibus, *ib.* Procuratoris revocatio, ut habeat effectum ad inducendam nullitatem gestorum per ipsum, quibus sit intimanda, 109. Quid si procurator inquisitus celet revocationem sui mandati, 110. Procuratoris constitutio, si fiat ex gravi metu, an valeat, 122. Procuratoris officium de jure non reputatur honorificum, VII, 183. Usus perquam necessarius est, etiam verbo *Alius*, 152. Procuratori incumbit probare se esse talem, alioquin potest puniri, II, 96. Quid, si dominus scivit, procuratorem suo nomine agere, et non contradixit, *ib.* Vel si dominus cuiquam tradidit instrumenta, seu jura sua, 97. In procuratore an requiratur speciale mandatum, *ib.* Quid, si dubitetur de mandato procuratoris ad agendum, vel ejus validitate, 98. Aut certum sit, quod quis non habeat mandatum, *ib.* Mandatum generale procu-

ratori datum, quam potestatem ei tribuat, *ib.* Procurator simpliciter constitutus ad agendum, intelligitur etiam datus ad defendendum, seu respondendum, *ib.* Solvitur instantia, 99. Vide supra *Mandatum procuratorium*. Procuratorem constituere quilibet potest, qui non reperitur prohibitus, 89. Idque exemplificatur, *ib.* Procuratorem constituere nequit pupillus, vel minor sine tutoris, vel curatoris auctoritate, *ib.* Filius familias captus ab hostibus, etc., an constituat procuratorem, *ib.* Excommunicati an possint constituere procuratorem, 90. Procurator judicialis, an, et quando possit constituere, seu substituere alium procuratorem, *ib.* Procurator quando fiat dominus litis, *ib.* et 101. Præsertim in causis, ubi summarie, ac de plano conceditur, 90. Procurator extrajudicialis, potest alium libere deputare, 91. Demptis certis casibus, *ib.*

PRODESSE quod alicui prodest, et alteri non nocet, non prohibetur, VII, 131.

PRODUCTIO testium, quando, et qualiter fieri debeat, III, 46. Ea regulariter fieri debet citata parte adversa, 47. Fallit in certis casibus, 48. Excommunicari potest, qui impedire præsumit productionem testium, 49. Judex ex officio providere debet, ne impediatur productio testium, *ib.* Quid agendum, si testes producendi, alienæ sint jurisdictionis, *ib.* Debet tunc citatio eorum expediri per litteras *Mutui compassus*, *ib.* His non indiget episcopus in causis ecclesiasticis, citans testes laicos suæ diocesis, et cur, *ib.* Quid si testes personaliter venire nequeant, concedenda est alteri judici *Remissoria*, 50. Vide infra *Remissoria*. Testes e longinquo cujus sumptibus sint producendi, *ib.* Vide infra *Testes quando*. Productio instrumentorum, quid, 118. Et quando fieri possit, *ib.* Vide supra *Instrumentorum productio*. Productiones testium regulariter solum tres fieri possunt: quarta vero non nisi cum solemnitate legali admittitur, 51. Solemnitas ista legalis declaratur, 52. An per ly *Productionem*, oporteat hic intelligere *Dilationem*, *ib.* Si quarta productio testium fuerit concessa sine solemnitate legali, nemine contradicente, valent attestations, 53. Secus, si fuerit contradicente, et appellatum, *ib.* Testes semel producti, an iterum in eadem causa produci valeant, *ib.* Post publicationem attestatorum, et didicita testificata, nequit pars super eisdem articulis reproducere priores testes, nec alios producere; et cur, 54. Etiam si didicisset testificata statim post primam, vel secundam productionem testium, *ib.* Demptis certis casibus, *ib.* In causa appellationis, an post didicita testificata possint priores, vel novi testes produci, *ib.*

PROFESSIO fidei, a quibus fieri debeat, I, 89. Vide supra *Fidei professio*. Professio religiosa, et metu injuste incusso emissa, ipso jure est, II, 119. Adversus professionem religiosam minor nunquam restituitur, 140. Bene tamen, ut si allegaverit nullitatem ejus, post quinquennium possit audiri, 141. Restitutio hæc adversus lap-

sum quinquenni, a solo Papa potest concedi, *ib.* Solvitur instantia, *ib.* Professio religiosa quid, 38. Alia est expressa, alia tacita, 39. Ad valorem professionis requiritur ætas annorum sexdecim, *ib.* Annus probationis integer, *ib.* Item ut fiat sine metu gravi incusso, 40. Adducuntur ea, quæ gravem metum causant, *ib.* An et quando inter illa censeatur metus reverentialis, *ib.* Ad valorem insuper requiritur acceptatio habentis potestatem recipiendi ad professionem, 41. Potestas hæc cui competat, *ib.* Ratihabitio subsequens quando locum habeat, 42. Ad professionem expressam non requiritur certa verborum forma, *ib.* Potest fieri etiam scriptis, et signis, *ib.* Etiam per procuratorem, *ib.* An sub conditione. Et quomodo, 43. Professio et nomen profitentis debent annotari, 42. Professio ex justa causa differri potest ultra annum, 44. Et in articulo mortis ante finitum annum fieri, 45. Quæ tamen novitium revalentem non obligat. Parit ei nihilominus indulgentias plenarias, et alias gratias, *ib.* Professio tacita quid, 39. Quomodo olim fiebat, 43. Inducitur etiamnum post concilium Tridentinum, *ib.* Ut tamen consistat, requirit certas conditiones, 44. Professio monialium licite fieri non potest ante examen episcopi, 45. Facta tamen subsistit, 46.

Professio religiosa invalida quando et quomodo impugnari et contra eam reclamari valeat, 47. Ad reclamandum contra professionem requiruntur certæ conditiones, et quæ? Reclamatio debet fieri intra quinquennium, 49. Post quinquennium quando, et quomodo quis audiat, 50. Professio invalida an et quomodo ratificari possit ac debeat, 50. Qui certo scit, se nulliter professum esse, et probare non potest, nec auditur, non tenetur professionem ratificare, sed in occulto discedere et dimitti potest, *ib.* Nude asserenti, etiam juranti non creditur, nisi circumstantiæ fidem mereantur, *ib.* Nulliter professus, si absque scandalo discedere nequit, quid faciendum, 51. Potest interea percipere alimenta, et ferre suffragia, *ib.* Nulliter professus, si professionem ratificare non vult, tenetur discedere, quamprimum sine scandalo potest, *ib.* Quid faciendum dubitanti an valide professus sit, *ib.* Professio ratificari potest tacite et expresse, 52. Ad valorem ratificationis requiritur, quod ratificans sciat priorem professionem esse nullam, *ib.* Consensus novus religionis ad ratificationem non requiritur, si professio solummodo fuit nulla ex defectu consensus in profitente, *ib.* Neque requiritur, si ex alia causa fuit nulla, 53. Doctrina practica pro ratificantibus professionem, 54. Professio quæ fit finito anno, cui tantum hora deest, invalida est, 25. Professio religiosa an, et quando solvat sponsalia, V, 357. Dirimit matrimonium contrahendum et contractum nondum consummatum, 443. Vide *Religiosa*. Professionis religiosæ effectus, 45. Professio est vinculum indissolubile, *ib.* Tollit omnes pœnas peccatorum,

et dat indulgentias plenarias, *ib.* Extinguit omnia vota antea facta, 47. Auffert irregularitatem ex natalibus, *ib.* Dirimit sponsalia, et matrimonium ratum, *ib.* Liberat a patria potestate in odiosis, 47. Inhabilem ad actus temporales reddit habilem, *ib.* Impedit exhereditationem, *ib.*

PROFESSORES theologiæ, et juris quibus gaudeant privilegiis, præsertim circa perceptionem fructuum beneficii, etiam dum absunt, VI, 221. An, et quomodo pro licentia docendi, vel ipsa lectione, aut professura aliquid temporale accipere possint, 222. Professores fiunt nobiles docendo viginti annis, VII, 139.

PROHIBERE quis dicatur, VII, 131. Prohiberi potest aliquid absolute, vel quoad mundum, 177. Prohibita de jure in favorem tertii servanda sunt, si juramento firmentur, 135. *Prohibitum intelligitur, quod non reperitur concessum, declaratur, I, 220.* Prohibitorium edictum, quod, *ib.*

PROHIBITIO. Si quid prohibetur, prohibentur omnia sequentia ex illo, non vero media ad illud, VII, 93. Multa prohibentur fieri quæ facta tenent, 94. Quod una via prohibetur alicui ad id non debet alia via admitti, 178.

PROMISSIO beneficii non vacantis. Vide *Concessio, ac Promissio beneficii non vacantis*. Promissio ad sponsalia qualis requiratur, et sufficiat, præsertim quoad fictionem, V, 306. Promissio illicitorum nullam inducit obligationem, 309.

PROMISSUM etiam juratum, non obligat, si pars altera fidem, seu conditionem non servet, VII, 167. Promissa servare humano commercio omnino congruum est, VII, 58. In malis promissis fides non est servanda: et quænam mala promissa dicantur, VII, 154 et 155.

PROMULGATIO legum requiritur ad earum obligationem, I, 126. Sive ea fiat voce præconis, sive per scripturam, *ib.* Solvuntur objectiones notabiles, *ib.* Qualis promulgatio requiratur ad rationem legis, 127. Leges imperiales debent promulgari in cujuslibet provinciæ metropoli, *ib.* Neque obligant, nisi post lapsum duorum mensium, *ib.* Fallit hoc in statutis inferiorum principum, vel civitatum, *ib.* Aut quando in lege aliud tempus est expressum, 128. Lex, sive constitutio pontificia Romæ promulgata, an obliget pro toto mundo absque alia promulgatione in provinciis, vel diocesisibus, *ib.* Refertur sententia affirmativa una cum suis fundamentis, *ib.* Sententia negativa tenetur a pluribus auctoribus, 130. Hujusque rationes, 131. Quin in praxi attendendum, 132. Promulgari an debeat interpretatio authentica legis, ut obliget, 182. Promulgatio legis Romæ facta sufficit ad obligandum ubique, V, 236.

PROPINQUITAS gradus necessario est exprimens in supplicatione pro dispensatione, si oratores inæqualiter distant, V, 374. Probatur ex Bulla Pii V, et aliis fundamentis, *ib.*

PROPRIETAS plena, quæ, II, 337. Proprietatis quomodo differat a possessione, 338. Nihil ha-

bet commune cum possessione, *ib.*, 373. Vide supra *Possessio*. Sententia lata super proprietate rei, absorbet sententiam super possessione latam pro adversario, 340. Proprietas et dominium, important propemodum idem, 339. Nisi quod dominium sit terminus magis amplus, *ib.* Proprietatis effectus, est possessio, 340. Ob notorium defectum proprietatis, spoliatus non restituitur; et qualiter hoc intelligendum, 400.

PROPRIETARIUS in religione quando quis sit, V, 87. Proprietarii pœnæ quæ, *ib.*

PROROGATIO jurisdictionis, quid, II, 224. Et qualiter fiat, *ib.* Fit quatuor præcipue modis, videlicet de persona ad personam, *ib.* De re ad rem, *ib.* De tempore ad tempus, *ib.* Et de loco ad locum, *ib.* Ad prorogationem jurisdictionis requiruntur quatuor conditiones; et quæ, 225. Jurisdictio delegata potest prorogari quoad accidentalia, *ib.* An clerici possint in se prorogare jurisdictionem judicis non sui, 226. Etiam laici, *ib.* Prorogatio jurisdictionis hodie in utroque foro raro admittitur, *ib.* Prorogatio termini reo, vel advocato petenti concedi debet, VI, 94.

PROTESTATIO contraria facto non relevat, I, 101. Protestatio contraria facto quæ, *ib.* Protestatio auctoris, scripta sua judicio Ecclesiæ submittentis, utiliter libris apponitur, 100. Alia protestatio auctorum scribentium de vita et miraculis nondum beatificatorum, *ib.* Protestatio contraria facta, non relevat, II, 281. Protestatio non contestandi litem, quando locum habeat, *ib.* Vide supra *Litis contestatio*. Protestatio contra pœnam sanguinis an et quando fieri possit, ac debeat ad irritandam irregularitatem in accusatione criminali, VI, 354, 355.

PROTOCOLLUM, quid, III, 85. Dicitur etiam liber, in quo originalis scriptura instrumentorum continetur, *ib.* Protocollo, si omnia requisita habeat, plena fides adhibetur, 86. Adeo, ut in dubio magis sit standum protocollo, quam instrumento inde desumpto, *ib.* Ad protocollo, ut plene probet, quæ requirantur, *ib.* Protocollo, ut plene probet, quæ requirantur, *ib.* Notarius protocollo conficiens, debet esse rogatus a partibus, ac per se audire negotium, etc., *ib.* In protocollo debent gesta clare esse descripta, 87. Ad illud requiruntur omnia, quæ debent intervenire in publico instrumento, *ib.* Protocollo an debeat publicari, seu prælegi partibus, *ib.* Protocollo notarii, cui aliqua ex requisitis desunt, adhuc semiplenam facit probationem, *ib.* Utrum unus notarius possit in publicam formam redigere instrumentum juxta notas in protocollo alterius repertas, 88. Notarius protocollo penes se habere debet, 89. Protocollo, nota, et abbreviatura, idem sunt, *ib.* Ex schedulis penes notarium defunctum repertis, quando possit ronfici publicum instrumentum, *ib.*

PROVINCIA, quæ dicatur secundum canones, I, 46. Et quæ secundum leges, *ib.* Provinciæ nomine, quid intelligatur, II, 253. Præsentes et

absentes dicuntur, qui in eadem, vel diversis provinciis habitant, *ib.*

PROVISIO, et collatio beneficii, an idem sint, I, 232 et 318. Provisio est nomen satis latum, comprehendens sub se omnes modos providendi ecclesiis, *ib.* An, et quando sub se comprehendat electionem, *ib.* Provisio beneficii quid, III, 487.

PROVOCATIO est quid generalius appellatione, III, 304.

PUBES minor viginti annis, non potest esse testis in causis criminalibus; bene tamen in civilibus, II, 560. Nisi hæ fuerint arduæ, magnique præjudicii, 561. Aut causæ criminales sint difficilis probationis, etc., *ib.* Pubes major viginti annis non repellitur a testimonio etiam in causis criminalibus, *ib.* Puberes et impuberes, qui, V, 390.

PUBLICUS latro quis sit et quando careat asylo, V, 237. Publica crimina publice puniri debent, VI, 11. Publica et privata crimina in ordine nostro quæ, 21. Publicæ honestatis impedimentum quid sit, V, 425. Oritur et sponsalibus de futuro, et matrimonio rato, 426. De jure antiquo dirimebat usque ad quartum gradum, *ib.* Jure novo autem ex sponsalibus de futuro validis ultra primum gradum se non extendit, *ib.* Ex invalidis nullatenus consurgit, *ib.* Proveniens ex matrimonio rato dirimit usque ad quartum gradum, 427. Ex sponsalibus de futuro ortum valet, etsi sponsalia postea solvantur ex aliqua causa, *ib.* Vel mutuo consensu, *ib.* Probatur ex declaratione cardinalium, *ib.* Solvitur objectio, 428. Ex sponsalibus gravi metu injuste incusso initis non oritur, *ib.* Publicæ honestatis impedimentum Papa ex quavis causa a quovis per dispensationem tollere solet, 569. Ut rite dispensetur, quænam exprimi debeant, 584. Publicum quid, et quotuplex, VI, 41.

PUBLICATIO scrutini quæ, I, 368. Et quomodo fiat, 369. Publicatio electionis communis, seu capitularis quæ, *ib.* Quibusque verbis fieri soleat, *ib.* Publicatio legum. Vide supra *Publicatio legum*. Publicatio resignationis beneficiorum qualiter sit facienda, 417. Vide infra *Renuntiationes beneficiorum*. Publicatio attestationum, quid et qualiter fiat, II, 538. Vide supra *Attestationum publicatio*.

PUERORUM delicta non subjacent pœnæ criminali, si adhuc sunt infantes, VI, 463. Vel infantie proximi, *ib.* Bene vero pubertati proximi, ita tamen, ut a pœna capitali sint immunes, *ib.* Nisi crimen prorsus enorme committant, *ib.* Minores ordinaria pœna affici possunt, regulariter tamen mitius puniuntur, *ib.* Ob peccata omissionis nullam criminalem pœnam incurrunt minores, nisi ex dolo delinquant, 464.

PUPILLUS sine tutoris auctoritate meliorem suam conditionem facere potest, non deteriorem, I, 171. Pupillus absque tutoris auctoritate, non habet legitimam personam standi in judicio, II, 191. Quid, si pupillus sine interventu tutoris